



Universitätsbibliothek Paderborn

Conciones Sive Conceptvs Theologici, De Praecipvis Omnivm Sanctorum Festiuitatibus, ab omnium Sanctorum Festo ad Pascha vsque occurentibus

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1614

In festo Natiuitatis Christi. Incarnationem & natiuitate[m] Christi
hominibus planè esse incomprehensibilem, Angelis autem stupendam.
Circa eam hæreses. Duæ Christi natiuitates. Verbum incarnatum ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54700)

IN FESTO NATIVITATIS
CHRISTI.*Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.*

Ioan. 1.

FIGURA.

Celebris ille diuinæ iustitiæ præco, & humani *Gen. 7.*
generis ex parte perditæ reparator, Noe, quem
Poëta bifrontem, & bicipitem Ianum appellant,
quod & mundi statum qui ante diluuium fuerit,
& qui post diluuium, viderit; cum diuino iussu
arcam cum suis intrasset, vniuersum hominum
quod restabat genus, diluuium & fluctibus eripuit,
& in tuto collocauit. Figuram hanc hodie re ipsa
adimpletam cernimus Auditores. Videmus hic
namque, vt Iesus Christus, verus ille Noe, ex di-
uino decreto, quod ab ipsa mundi constitutione
latum erat, humanitatis nostræ arcam ingredi-
ens, ab æternæ damnationis diluuium vniuersum
genus hominum eripiat, & in libertatem asserat.
O diem felicem! ô fortunatum nuntium, diem,
in qua Verbum fit caro, homo in diuinam natu-
ram cooptatur, qua denique virgo intacto parit
pudore! diem plenum miraculis & portentis, in
qua Vnigenitus æterni Dei filius nascitur ex Virgi-
ne, quando tugurium ei loco palatij, præsepium
loco curarum, fœnum & palea loco stragulorum,
& araneorum telæ loco aulæorum, bos & asinus
loco sociorum, pastores loco inuisentium fuere.
diem, qua decantanda sunt natalitia, & millies
decantanda, idque summo cum iubilo & exulta-
tione. Quod vt accuratius maioriq; cum fructu

De S. S. tom. 1.

a

fiat

IN NATIVITATE CHRISTI

fiat Christi mihi incarnatio, aduentus, natiuitas
& quidquid admirabile in eodem accidit, modo
coelitus gratia suggeratur, & gloriosa illa puer-
ra mater Saluatoris precibus nobis suis auxiliis
latius deducenda sunt: quamobrem Beethleem
vnanimus ad eam, & communi eam salutem
compellemus.

AUE MARIA.

Isai. 53.

Isaias propheta cum Incarnationis filij Dei
ordinem, eiusque generationis seriem, & quicquid
eiusdem ortu accidit, recensere decreuisset, com-
muni narrandi describendiq; ordine relicto, ad-
mirans exclamauit; *Quis credidit auditui nostro
brachium Domini cui reuelatum est? generationem
quis enarrabit? quia abscissus est de terra uiuentium.*
Quod ipse olim de æterna vel etiam temporaria
verbi Dei generatione admirans dixisti Propheta
idem hodie de illius ego natiuitate dicere com-
plor, atque exclamare, *Quis credidit auditui nostro
brachium Domini cui reuelatum est? natiuitatem eius
patrum Virginis, & admirabilem eius in hunc
mundum introitum quis digne enarrabit?*

Lib. de Pa-
triarch.
Benedict.
Num. 23.

Refert Ambrosius occultum & obscurum esse
vnde Rhinoceros animal illud ferocissimum tra-
hat originem. animali huic in scriptura collata
reperitur Deus, *fortitudo eius similis est Rhinoceros.*
Ut hinc manifestum fieret, natiuitatis eius quod
diuinitatem secreta & arcana ab humano ingenio
intelligi & percipi non posse, sed obscurissima de-
se, ac penitus ignota. Verbum Patris, Audientia
res, verus Rhinoceros est, sed fortis & omnipotens
cuius origo, nec in quantum Deus, nec in quantum

tum homo, à quoquam potest agnosci. est namq̃ secretum penitus latens & absconditum.

Sapientissimus etiam mortalium Salomon, quippe qui cœlitus sapientiam nactus erat, hic inscitiam suam & ignorantiam confitetur: ait enim, tria se ad intelligendum difficilia, & ingenij captū excedentia reperisse, quartum autem penitus incomprehensibile. Audiamus eius verba, *Tria sunt* Prou. 30.

mibi difficilia, & quartum penitus ignoro; viam aquilæ in cœlo, viam nauis in medio mari, viam colubri super petram & viam viri in adolescentia. prima hæc difficultas designabat Christi in cœlum ascensum, secunda eiusdem passionem, gloriosam illius resurrectionem, tertia, & postrema natiuitatem eius; quando nimirum humanam naturam indutus, magna subtilitate & occulte admodum, per sacratissimum Virginis vterum nullo in eodem transitionis suæ relicto Vestigio, pertransiuit. *& vestigia eius non cognoscentur.* Psal. 76.

Quid porro mirum cæcutire hic Salomonem, cum ipsimet Cherubim spiritus illi perspicacissimi, inque omni scientiarum genere versatissimi, eam à primo creationis suæ tempore, nihil hic omnino intellexerint, sed aperte confessi sint, captum hoc suum penitus superare. Legimus enim in Ezechiele, portentosa illa animalia facta in cœlis voce, attonita stetisse, aliasque submisse, *Cum fieret vox super firmamentum, quod erat super caput eorum, stabant animalia, & submittebant alas suas.* Ezech. 1. Porro vox illa quæ in cœlo audiebatur, quæque animalibus admirationem incutiebat, erat vox illa, *Verbum caro factum est;* vox inquam qua denuntiabatur filius Dei nasciturus. nam subiicitur mox, *Et similitudo hominis erat super firmamentum.*

mentum. Ad vocem hanc Cherubim consternati & perculsi, intellectus alas submitunt, negantque sibi ad mysterij huius amplitudinem inuelligendam mentis acumen sufficere.

*Serm. de
Christi nati-
tali.*

Et sane Cyprianus, celeberrimus ille Ecclesie Doctor, humano natiuitatem hanc ingenio comprehendi posse, ait enim, *In ceteris mirabilibus quocumque modo aliquae satis faciunt rationes, hic me complectitur stupor.* Id est, Aliquo quidem modo reliqua Christianae religionis mysteria comprehendendi possunt, sed Incarnationis & natiuitatis filij Dei penitus nequit intelligi, omnemque humani ingenij caprum excedit, vt non nisi admirationem quandam relinquat. Vnde Ecclesia, vt illa, *Et homo factus est*, pronuntians, velut in admirationem & extasim rapta, genua in terra hinc sese humiliat & prosternit. Et quis obsecro audiendo non admiretur?

Ioan. I.

Salomon Rex postquam superbum illud & magnificentum templum exstruxisset, & Arcam Domini sub alas Cherubim collocasset, innumerabiles victimas immolasset, cum templum gloria Domini repletum cerneret, iuxta quod olim Deus promiserat, genibus in terra positus, & palmas in caelum extensis, alta voce inclamare cepit, *Domine, ne credibile est, vt habitet Deus cum hominibus terrae.* Si Salomon Deum cum hominibus commorantem tantopere miratus est, idque non nisi in nebulis & spissa caligine; quid obsecro dixisset, fecissetque si quod nos hodierna die videmus, vidisset, eternum nempe Patris Verbum carnem induisse hominem fieri, nasci vt hominem, atque inter homines & cum hominibus conuersari?

2. Par. 6.

Magi Chaldaei, cum Nabuchodonosoris fecerunt

nium interpretari non possent, aut quid designaret diuinare, incitiam suam libere confitentes dixere, *Sermo quem tu quæris Rex, grauis est, nec reperietur quisquam, qui indicet illum: exceptis Diis, quorum non est cum hominibus conuersatio.* Non putabant eccehi fieri posse, Deum cum hominibus commorari, sed errant, & nimium quantum errant. veniant enim mecum, & ostendam eundem è virgine nasci in stabulo, & hominem factum, atque adeo cum bestiis conuersatum: & hoc ipsum obstupescant. Quod autem vos, ô Magi, non potestis comprehendere aut credere, Prophetæ nobis nostri à longo tempore designarunt. Baruch in primis. *Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est,* item Ieremias: *Habitabo vobiscum in loco isto: quin etiam Dauid: Vt inhabitet gloria in terra nostra* & post omnes Euangelistas, qui eundem cum hominibus agentem conspexit, *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis,* non quidem in rubi flamma, aut in nube, vt olim in vertice Sinai, sed in nostra humanitate, carne mortali, atque inter Virginis brachia. O sublime mysterium, ô miraculum omnium miraculorum maximum! ô torrentem imperuium & intranabilem! cuius olim Ezechiel figuram vidit.

D. 2.

Baruc. 3.

Ierem. 7.

Psal. 84.

Ioan. 1.

Ostendit huic olim Dominus torrentem rapidissimum, qui è domo Domini emanabat: hunc cum diuino iussu transfret, aquæ primum talorum, deinde genuum, mox lumborum tenus ascendebant, sed cum procederet vterius & caput vnda transcenderet, ni ab Angelo esset eductus, immersus periisset.

Ezech. 37.

Torrens hic Auditores Sacræ Scripturæ scientiam designat: quem cum ingredimur, mundi creationem in ipsa ripa deprehendimus, quæ facile

cile quisq; intelligit; & in qua aqua non nisi ad g-
nua vsq; pertingit. nam & Plato & Aristoteles ead-
dem perspectam habuere.

Sequitur deinde primi parentis status, iustitiam
inquam illa originalis, illius amissio, & omnia
posteritatis ruina: est hic torrens non nihil pro-
fundior, sed si ulterius etiam progrediamur, in-
stræque redemptionis, Verbi Incarnationis, tri-
nitatis filij Dei idque ex Virgine, mysterium in-
tingimus; aqua in tantum excrescit, torrens ab-
eo insurgit, nulla ut arte tranari possit, aut tra-
uadari, id est, à nullo etiam subtilissimo intelli-
gendi hæc omnia queant: quotquot enim temere ead-
dem tentare, aut ingredi præsumpsere, naufragium
mifero sane exemplo passi sunt. Imperator
impius Cerinthus, qui sub Traiani vixit imperator
cum hunc inconsulto ingressus esset, parvulus huius
diuinitatem negans, (ad cuius hæresim con-
futandam Ioannes, referente Hieronymo, Euangeli-
um suum scribere adorsus est) misere submer-
sus est. Mox infelix ille Cerdon, qui duos in rerum
natura deos, bonum vnum, alterum malum, con-
stituens, (à quo, teste Tertulliano, Marcion hæ-
resim hausit) negat hunc vnum hominem esse, vi-
docent Epiphanius, Irenæus, Augustinus lib. de
de consensu Euangelistarum, & lib. de Hæresi-
bus.

Manes Persa, cuius peruersa dogmata plusquam
centum annorum spatio, Arabiam, Ægyptum
Africam occuparunt, nouem quoque annis Sa-
cti Augustini mentem dementarunt; credebat
hunc non nisi imaginarium hominem esse, ac spi-
ritum quemdam in corpore phantastico con-
stitutum.

Valentinus, qui anno post Christum natum

*In catalo-
ge de script.
Eccles.
Hæreses
diuersæ
circa Dei
Filii incar-
natione.*

centesimo quinquagesimo, sub Antonini imperio, Romæ prodijt, cuiusque errores Irenæus recensuit, asserbat, corpus eum suum cælo attulisse non vero è Virgine assumpsisse. Nestorius Constantinopolitanus Patriarcha, is inquam, qui Mariam Θεοτόκον, id est, Deiparam, debere appellari & Deum à Iudæis crucifixum negabat, qui in Synodo Ephesina, præsidente eodem Cyrillo Alexandrino, condemnatus fuit & in ordinem redactus impie docebat, duas in eodem personas, non secus ac naturas, existisse. Eutyches vero è contra adstruebat, duas hæc naturas inter se permixtas esse, & vnâ in alteram humanitatem nempe in diuinitatem, commutatam. Arrius denique Alexandrinæ Ecclesiæ Diaconus, quem centum octodecim Patres Nicæ in Bythynia congregati condemnarunt, cuiusque hæresis totum pene orientem infecit, & ducentis & amplius annis in Ecclesia perdurauit, (donec monachus quidam Arrianus, Sergius nomine, Alcoranum composuit, quo Mahumetanorum errores per orbem diffusi sunt) is inquam Arrius docuit, Christum non nisi meram, ac puram creaturam esse, nihilque cum diuinitate habere commune. O blasphemiarum plaustra! ah tristitia horum omnium naufragia.

Hic igitur torrens tranari nequit, & vt rem aptius dicam, hoc à nemine mysterium comprehendendi potest. Si enim sensus exteriores in consiliū adhibeas non vident nisi paruulum, qui in stabulo, cæterorum more infantium, plorat & vagit. si rationem adeas, dicet libere, sibi hic hæere aquam, & nescire, quomodo qui æternus est, nascatur in tempore, qui impassibilis, patitur; qui infinitus, certis limitibus & finibus

circumscribatur; & quomodo homo quinequidem leo fieri potest, in diuinam, naturam conuertere queat. Quanta hic voragine & abyssi, per quanta profunditas?

Helisæus Propheta corpus suum in corpus parvi viduæ extensurus, membraque membris apturus, occlusit ostium, ne cui hoc pateceret, sed occultum permaneret. Designabat hoc admirabilem verbi diuini cum humanitate vnionem, illiusque magnitudinis ad nostram paruitatem proportionem; per quam nos, vel paruulos mortuos resuscitauit. Voluit autem omnia hæc quam secretissime peragi, ne cui hoc mysterium vel Angelorum vel hominum intesceret. Hoc nempe ænigma est olim à Samson Philisthæis, id est, hominum intellectui, datum. *Verbum enim caro factum est*, tantam difficultatem includit, quantam *Leo melle plenus*. Hoc Euangelista vobis hodie ad diuinandum proposuit, *Verbum caro factum est & habitauit in nobis*: in quo & ipse interpretis munere fungens, dupliciter difficultatam primo natiuitatis huius triumphum, & historię seriem latius deducam; deinde quicquid eadem eximium & admirabile contingit, aut etiam delitescit, exponere conabor.

Judic. 14.

Dua in Christo natiuitates.

Principio igitur, antequam longius prouehar, & sinus in ventos laxem, quo mysterium hoc melius intelligatur, scire vos in primis velim, duas in Christo natiuitates, quemadmodum & duas generationes esse, æternam vnã & alteram temporalem: illa, ab æterno genitus, è facunda Dei Patris memoria velut sinu, & Verbum natus est; hæc vero in tēpore de Spiritu conceptus, sacratissimo Virg-

virginis vtero, & homo, prodit. A priore Ioannes Euangelium suum exorsus est, *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum*, in secundam vero definit, *Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis*. Hac natus est, vt homo è fœmina, illa vero vt Deus è Virgine: hæc causa est, vt instar paruuli pannis obuoluatur, illa, vt velut Deus ab Angelis adoretur: hæc vt instar inopis & miselli iaceat in præsepio, illa, vt à Magis adoretur, à stella noua denuntietur, à pastoribus velut omnipotens ac totius vniuersi Creator inuisatur. E quibus omnibus conuenitur, duplicem illius natiuitatem esse.

Nam vt in veste aliqua auro picta, quæ bysso tenuissima cooperta sit, transparet per foramina & incisiones interdum splendor ille interior & rutilans aureorum filamentorum fulgor: Ita hodie in pretiosa illa diuinitatis veste, quæ sub vili humanitatis nostræ velamento cooperta latet, elucet interdum per foramina carnis nostræ eiusq; opera diuinus quidam maiestatis & magnitudinis fulgor. An non enim ingens splendor est, Herodem regem potentissimum tremere, reges ab ultimo oriente ad orandum venire, stellas occurrere, Pastores confluere, Angelos in terram descendere? an non ex his omnibus diuinitatis quidam radij elucent?

Paucissimis verbis vtramque hanc natiuitatem Psaltes expressit, *semel locutus est Deus*, duo hæc *In oratione audiui, quia potestas Dei est, & tibi domine misericordia*. Quod exponens Augustinus ait. *Quomodo semel locutus est Deus, & secundo sonuit, nisi quia Verbum intransgressibile procedens à corde Patris suscepit carnem, vt esset homo in vtero matris?* Quibus è verbis duo mysterij huius mirabilia colligere est; primo potestatem

testatem quandam in Deo admirabilem, qua tantum naturam nostram exaltauit, vt eam verbo diuino coniunxerit, secundo misericordiam quandam infinitam, quo verbum suum humilitum exinanitum voluit, nostræ id naturæ copulando.

Et quamuis vtrumque hoc admirabile sit, longe tamen admirabilius est, diuinam maiestatem adeo humilia, tanquam hominum naturam tantum decus & honorem euectam cernere. Quæ & Leo magnus credidit, à quo ipse hauri, *humiliior fit nobis in Deo humilitas, quam potestas & dignitius capitur diuina maiestatis exinanitio, quam serilis forma in summa prouectio.* Quod Evangelista, duobus verbis innuit, verbum caro factum est.

Ait aperte, *Verbum*, & non *filius*, vt ita generationem quandam spiritualem insinaret, nihilque carnale menti, aut corporeum occurrentiam quamuis vere sit filius, non tamen cogitandum est, eodem eum à Patre, quo ceteri, modo genitum, sed alio quodam occultiori & nobiliori. Vnde bene vates regius, *Dominus dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te*, id est, in magno illo æternitatis die, quæ nocte careat, tempore illo admirabili, quod omnia complectitur, in quo nullum præteritum, aut futurum, cui omnia velut præsentia sunt. Addit etiam, *osculatus est*: quia verbum Dei illius generatio est, os mens eius est, atque actus ille, quo filius producit loquela, aut verbum à sanctis Patribus appellatur.

Pater igitur æternus, omnem suam essentiam cognoscens, filium quendam ab æterno progignit, qui Verbum dicitur, eo quod per modum intelligentiæ procedit, filium quoque connaturalem.

Psal. 2.

lem, quia eiusdem cum Patre naturæ est genitus, æque is ipse, qui hoc modo ab æterno natus est, hodie in tugurio magna in mendicitate nascitur, Et *Verbum caro factum est*. Rei historia ita sese habet.

Gloriosissima Virgo cum grauida & vterum ferens è Nazareth in Bethlehem, cum fidelissimo corporis sui custode Iosepho descendisset, Augusti Cæsaris edicto obsecutura, quo vniuersus orbis describebatur, & vnusquisque in ciuitate sua profiteri nomen debebat; cum pariendi iam tempus aduenisset, nec locus in diuersorijis propter affluentem hominum à cunctis locis multitudinem suppeteret, stabulum & tugurium, in quo animalia stabulabantur, ô rerum inopia! ingredi coacta est, & in eo peperit filium suum primogenitum, quem pannis inuoluit, & in præsepio reclinauit.

O beatum partum, ô felix puerperium, ô tempus tot votis & suspirijs veterum patrum expetitum. Hic scilicet figuræ veteres adimpletæ sunt, & quidquid olim præsignatum, hodie re ipsa contingit. Videte enim, vt Noë noster, finito damnationis diluuii, arca vtero inquam Virgineo, egredia-
tur, quo humanum genus restauret, homines in veram libertatem asserat, & à damnatione immunes reddat.

Videte laterculum, monte hodie descendente, à nemine tamen impulsus, qui statuat comminuet, suaq; magnitudine vniuersum terrarum orbem replebit. Lapis hic Christum designat (*petra autem erat Christus*) qui hodie vtero Virginis, quæ in sacris litteris montis nomine sæpius appellatur, (*Mons in vertice montium*) sine vlllo hominum adminiculo, sed cooperante tantum Spiritu S. descen-

Figuræ veteres in Christi natiuitate complete.

Psal. 112.

descendit, qui peccati idolum destruet atq; eruet; & nominis sui gloria orbem replebit, nam solis ortu vsque ad occasum, laudabile nomen Domini. Videte hic opulentum illum fluuium, qui intra torrentis rapidissimi paradiso voluptatis emanat, videte inquam, Dei filium, qui è virgine, quæ re paradisi voluptatis est, hodie egreditur, fluuius illum infinitas secum diuitias trahentem, torrentem illum aquæ viux, quæ animas nostras perueniat, peccatorum maculas eluet, mundumq; uniuersum fecundum & vberem reddet, fluuius illum admirabilem, de quo in Ecclesiastico legitur, *Ego quasi fluuius Dorix, ego quasi aqueductus eius è paradiso.*

Ecc. 24.

Apoc. 10.

Psal. 18.

Nunc ad oculum patet ænigma illud obscurissimum, quod Ioannes olim in Apocalypsi sua proposuit: *vidi, inquit, alium Angelum fortem descendentem de caelo, amictum nube, & iris in capite eius.* Angelus hic, auditores, Iesu Christi, qui vere Angelus testamenti est, imaginem gessit. hic enim caelo cum descendisset, (à si immo cael) egredietur nocte hac virgineo egreditur ut ro, carnis nostræ nube coopertus, crucis aliquando iridem in capite gestaturus, quæ vere arcus celestis est, ac pacis inter nos & patrem illius in ita symbolum.

Psal. 19.

Predixit olim Isaias venturum aliquando tempus, quo Dominus super nubem leuissimam uerberetur, itaq; Ægyptum ingrederetur, ad cuius ingressum omnia illius simulachra commouentur in terram deciderent. Audiamus oraculum. *Ecce Dominus ascendet super nubem leuem, & ingrederetur Ægyptum, & commouebuntur simulachra Ægypti a facie eius.* Post longam disquisitionem videntur

hæc omnia mihi hoc natalis Domini die contigisse, hodie quippe paruulus ille, qui in præsepi vagit, humanitatis nostræ nube, & quidem leuissima, quia nullo peccati pondere grauatur, vectus Ægyptum mundi huius ingreditur, & ecce ad eius introitum omnia idololatriæ simulacra, & mundi idola prosternuntur in terram, & inimici nostri in fugam se conijciunt.

Hodie quoque omnia omnium prophetarum oracula finem accipiunt, & vera fuisse comprobantur, vt in primis illud Malachix, *Orietur vobis Sol iustitie.* Non immerito autem gloriosam hanc Domini natiuitatem soli exorienti compararat. nam quemadmodum sol mane exoriens, & in nostro horizonte apprensus, relictis Antipodum sedibus, idem omnino sol est, qui hæctenus & ab initio fuit, quamuis nobis recenter oriens, nouus esse videatur. Ita quoque Dei filius, tametsi hodie natus ex virgine, esse non incipit, erat quippe ab æterno: *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum;* hodie tamen nobis recenter exoritur, nostram indutus carnem, humanaque natura circumuestitus. *Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis.* Eadem loquendi ratione vsus est Zacharias, quem etiam prophetam appellare licet, *visitauit nos oriens ex alto;* non ait tantum *oriens*, sed subiungit *ex alto*: quod is, qui filius erat Altissimi, cælo descendens, terramque visitans, homo factus hominibus se se ostenderit.

Vterque vates ecce Christi Natiuitatem soli exorienti comparat, forsitan, vt innueret, idem hic omnino contingere, quod olim Ezechix regis tempore accidit. Hodie namque sol iustitiæ solitum

tum

tum cursum interrumpit, decemque gradibus retrocedit. Ipse quippe Dei filius hominem induit infra nouem Angelorum choros descendit, *Mox stit cum paulo minus ab Angelis, & mox, verbum carnis factum est*, an non igitur decem gradibus retrocessit? O quanta humiliatio, quanta retrocessio: is quod terno Patris sinu egredi solebat, hodie tempore Virginis vtero egreditur: dicitur namque, *Et peperit filium suum primogenitum.*

Eph. 9.

Hodie quoque completur, quod in ipso matris exordio contigit, quando nimirum Adæ dormienti Dominus costam abstulit, ac nouam eius carnem indidit, quo facto excitatus prope plateam oculosque in Euam coniiciens, ait: *Hoc nunc ex ossibus meis, & caro de carne mea.* Hac de re Ephesios agens Paulus, mysterium hic magnam latitare insinuat, *Sacramentum hoc magnam in meo dico in Christo.* Omnes enim Patres, imprimis Augustinus, docent maximum hic a principio mysterium designari, quod in verbi incarnatione & admirabili eius è Virgine Natiuitate contingere debebat. Pater siquidem æternus, nam è costis suis, id est, verbum suum, quod in intellectu eius sinu delitescere, carne nostra mortalitatis cooperuit, idque vnione quadam admirabili. Nam verbum & caro post hanc copulam non nisi vnā hypostasim constituebant, adeo vt illud factus sit homo, & vicissim homo Deus, & verba illa Adæ vsurpare potuerit, *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea.* Non possum autem hanc similitudinem hanc demirari, quæ tam scite Verbum carnem factum, & humanitate nostra circumdatum, ossi, quod carni & corpori vnitum, comparat.

Primo

Primo, sicuti os vel costa sub carne semper aut pelle delitescit, ita verbum illud Dei, carni humanae annexum semper sub eadem latitat, corporisque nostri densitate veluti tenebris quibusdam obsidetur: quo alluisse visus est Psalmista, dum canit: *Qui posuit tenebras latibulum suum*, ac multo apertius Isaias: *Veret tu Deus absconditus*, sub mortali humanae naturae pelle delitescens.

Verbum incarnatum confertur costae & ossi Adæ.

1.

Psal. 17.

Isai. 45.

2.

Secundo, Sicuti ossa iuxta medicos, natura sua nullum sentire dolorem queunt, cum nulla anima sensitiva, sed sola vegetatiua, prædita sint adeo, ut quamuis aliquem interdum cruciatum sentiant, hoc non est natura sua, sed propter carnem, cui vnita sunt, fiat. Ita Verbum Patris ex se nullum dolorem aut cruciatum sentire, nullum laborem perferre, nihil pati, etiam in præsepio positum, poterat. Sed penitus impassibile erat: adeo ut quidquid hodie in stabulo ferat, totoque vitæ tempore passurum sit, carni nostræ quam sibi adaptavit, sit adscribendum, Vnde in passione illius adimpletam illam prophetiam legimus, *Os non comminuetis ex eo*: eo quod os illud Verbi diuini in cruce semper integrum & immutabile permanfit, nulli læsioni, aut vulneri obnoxium.

Ioan. 19.

3.

Arist. 2 de part. anim.

Tertio, quemadmodum ossa in corporum nostrorum compositione & compaginatione carnem exteriorem sustentant, ut doctissime demonstrat Aristoteles, non secus quoque Verbum illud diuinum in paruulo illo, qui hodie nascitur, instar ossis semper se gessit: ipsum namque carnem illius sustentavit, ipsum fuit, quo subnixus actiones illas admirabiles, quibus salutem nostram operatus est, edidit, vnde Dominus Iesus

Iesus

*Psal. 17.**Hebr. I.**Abac. 1.**Deut. II.*

Iesus Christus, velut homo, sibi ipsi, ut verbo-
quens ait apud Prophetam, *Diligam te Domine*,
verbum æternum, in sempiternum, quia tu es
titudo mea, robur & auxilium meum, *Domine*
m. iumentum meum, atque Deus meus, & omnibus
rebus protector & vindex, qui portat omnia
bo virtutis suæ. Hoc igitur os, verbum hoc,
deniq; ille, humanitatis nostræ carne vestitus,
die ventre virginali egreditur, pannis inuoluitur
& in præsepio reclinatur.

Totus hic orbis obstupescat, hoc demiretur
præ admiratione mortales deficient & contem-
nentur. Abacuc quidem Propheta natiuitatem
hanc & paupertatem verbi Dei demiratus animo
concidit & expauescit: Ita namq; secundum se-
tuaginta eius verba leguntur, *Consideravi Domine*
opera tua, & *expaui*, *in medio duorum animalium*
nosceris, qui medios inter Angelorum choros re-
sari solebas. Et quis obsecro, non miretur, Domi-
ne, cum te in tanta paupertate nascentem videat
in stabulo loco palatij, in præsepio loco throni
clinatum, in palea loco aulae extensum, in
storibus loco purpuratorum stipatum. Quid, Do-
mine mi, quid nasceris in tugurio, viuis in deli-
to, in cruce denique nudus morieris. quis hic
obstupescat, quis ad tantam tuam paupertatem
non expauescat?

Admiratur Propheta vile id duorum animalium
um consortium, *In medio duorum animalium*
ceris, & merito; quis enim hoc vidit vnquam
mul etiam magnum aliquot mysterium intue-
bat. Vetuit olim Deus agros asino & boue
go copulatis proscindi. *Non arabis in boue*
& *Asino*: Hoc nempe in Messia aduentum re-
tab

uabatur; videte namq; vt tugurium subeat, præsepio se admoueat, bouem & asinum combinet & vni iugo adcopulet, vt vastum mundi huius agrū profcindat, crucis suæ vomere inculca eius arua subigat & præparet, quo sementem Euangelij suscipiant. Quis non obstupescat hæc omnia perpendens, & Deum in præsepio reclinatum videns?

Regina Sabæa, visa Salomonis maiestate, *mi- 2. Paral. 2.* nistrantiumq; decore & ornatu, adeo obstupuit, vt Spiritus vltra in ea non remanserit. Quo quæso stupore eadem fuisset percussa, si nostri Salomonis paupertatem intuita fuisset, si eum panis vilibus inuolutum, in scæno iacentem, in duro præsepio reclinatum conspexisset? Si inquam filium Dei in stabulo ventis peruiio & putido natum, inter animalia constitutum vidisset? tunc scilicet præ stupore non fuisset Spiritus vltra in ea.

Daniel Propheta cum Angelum splendidis indutum vestibis conspiceret, in tantum expauit, *Dan. 10.* vt exanimis in terram conciderit, & dixerit, *Domine mi, in visione tua dissolutæ sunt compages meæ, & nihil remansit in me virium, & quomodo poterit seruus Domini mei loqui cum Domino meo? nihil enim remansit in me virium, sed & halitus meus intercluditur.* Quid? vnus Angeli conspectus si sanctissimum virum potuit percellere, quomodo omnium Angelorum Regis eum paupertas perculisset, qui tanta modo in egestate, in stabulo iacet, medius inter animalia. Merito igitur hic homines simul & Angeli obstupescant.

Prodeant iam in scenam figuræ veteres, sed elucidatæ, & iam non amplius figuræ. Hodie scilicet Arca Testamenti sub pellibus sita est, i. diuinitas sub humanitatis nostræ delitescit pellibus: quamobrem ad confusionem nostrâ merito illud Dauidicum

De S S. tom. 1.

b

dicum

1. Reg. 7.

dicum dicere possumus, *Videsne quod ego habitum*

2. Reg. 2.

domo cedrina, & arca Dei posita sit in medio pellium?

3. Reg. 22.

illud Vriæ, Arca Domini in deserto exposita est co-
li iniuriæ, ac sub tentorijs militaribus, & dom-
nus meus Ioab super faciem terræ manet. Sani-
sc. humanitatis Domini nostri arca, regū & pa-
triarum palatijs eiecta, diuersorioque carens, in sa-
buli deserto commoratur: & sumus ille dux Chris-
*tus, carnis nostræ lorica indutus, super ducem**in tugurio, inter bouem & Asinum iacet. Hic*
Rex Israel, bello decertaturus, habitum mutat
est, hodie Filius Dei, summus ille regum Rex co-
reum, schema, & maiestatem exuit, & alium habitum
assumit, cum Deus esset, homo, cum magnus, pe-
uus; cum opulentus, pauper effectus est, bellum in
conflictum cum peccatis, ac Diabolis initurus.

Exod. 4.

Hodie manus illa Moysi sinu educta lepra im-

Isai. 53.

tur: id est, hodie filius Dei æternitatis sinu eductus

Psal. 76.

*dextra illa Patris, formam peccatoris, qui spiri-**tualiter leprosus est, induit; vnde Isaias, *Nospe-***uimus eum quasi leprosum. Obseruauit id ipsum Psal-**mographus, dum ait, *Hæc mutatio dextra excelsi***Ille siquidem, qui in Angelos exercere dominari**solebat, bestijs hodierna die obsequitur; ille qui**cœlos & cœlestia habitacula incolere solebat, in**stabulum se recipere compellitur; ille, ad cuius**maiestatem & nutum tota terrarum machinamenta**solebat, coram bestijs hodie plorat & cœcis**miscit. O rerum vices, ô subitam metamorpho-**sim! ecquæ Deus bone hæc mutatio! Exclamauit**igitur cum Psalmographo potero, & cum Petro**cœlesti expostulare; *Vt quid auertis manum tuam a***dexteram tuam de medio sinu tuo, vt eam mundo**in summa nuditate manifestes?**Legitur Alexander Macedo, *Perfide sabacta**

Peri

Perficum etiam habitum assumpfisse, Macedonico tam en cultu nō omnino neglecto; quo vtriusq; sibi gentis amorē & benevolentia conciliaret. Ecce potentissimus ille cęli ac terre Monarcha Christus Iesus, mundi limites ingressus, vt in hominum sese amicitia insinuaret, eorūq; animos demulceret, humano se more vestiuit, humanū schema & formā induit, vestē inquam discolorē, quæ tum ad diuinitatem, tum ad humanitatē referri queat. *Phil. 2.*
Et verbum caro factum est, & alibi manifestius, Et habitu inuentus vt homo; vti ad oculum videre possumus: iacet enim in præsepi pannis inuolutus.

Jonas Propheta cum Niniuen ingressus per plateas ac vicos inclamasset, *Adhuc quadraginta dies, & Ion. 2.*
Ninive subuertetur; Rex, vt flagellum quod Dominus parabat, auerteret, vrbisq; & regni cladem auerruncaret, purpuram exiit, sacco & cilicio lumbos accingit, cinere & sordibus caput conspergit, omnemq; fastum regium repudiat ac fastidit. Simile quid hodie videbimus, Auditores: Inclamabat siquidē æterna iustitia, pereat nefanda illa Adami progenies, vindictam & flagellum perfida illa præuaricatio promereatur, damnetur homo, supplicium contumaces illi luant, & ecce confestim summus ille cęlorum Monarcha loco se proripit, vt Patris furorem & iram mitiget, palatio suo egreditur, SS. Trinitatis thronum deserit, diuinitatis splendorem ac maiestatem exiit; & sacco se humanitatis nostræ cooperiens, ac mortalitatis nostræ cineribus caput aspergens, in præsepio extensus & pannis inuolutus iacet.

Hebræi cum idololatræ mania in præsepi acti *Exod. 32.*
 vitulum aureū diuinis affecissent honoribus, eūq; velut libertatis vindicē omniūq; bonorū largitorē nequiter adorassent; præcepit Deus, vt in corde
 b 2
 contri-

contrito & humiliato ad se conuerterentur, ornem ornatum extrinsecum deponerent, aurum monilia reijcerent, & cilicijs membra edomarent, si pacato vti vellent numine, quod & ita factum est. Idololatriæ crimen incurrerat homo creatoris loco adornado, diuinamq; iusticiam se prouocauerat; & ecce vnigenitus Dei filius Patris iram auerteret, furorisq; illius æstus extingueret; magnificentiam illam regiam exiit, & suam maiestatem ad tempus seponit, inq; thalio pœnitentiæ veste indutus nasci voluit.

Exclamare igitur libere potero, ô ingens humilitas! ô amor ineffabilis! ô paupertas extrema! mutatio penitus admirabilis! vt nimirum qui Angelos inter agere consueuerat, medius inter hominas personas esse, in throno gloriæ confectus modo instabulo habitet, in scœno & stramine contentus sit, inter bestias agat, & in præsepio teneat. *Heu quantum mutatus ab illo Hectore!* Exponit hanc metamorphosim egregie Cyprianus, *Paniculi pro purpura, pro bysso in ornatu regio lacrimarum ridentur*, vt ita humilitatem disceremus. Hinc eius voluntati satisfacere volens, & eiusdem illi desiderij, *pannis eum innoluit.*

Ser. De Natiuitate Christi.

Quatuor de causis homines de Deo conquirebantur.

Psal. 41.

2.

Iob 3.

Quot nobis mysteria declaratis ô panniculus occulta & arcana Sacramenta inuoluitis! Quatuor olim de causis homines de Deo conquirebantur, primo quod esset quodammodo inaccessibilis, nisi magno sudore ac difficultate inueniretur, hinc clamabat ad Dominum Dauid, *Fuerunt mihi crima meæ panes die ac nocte, dñ dicitur mihi quomodo tibi est Deus tuus?* Optat ecce, vt Deus humana veste indutus hominibus se se manifestet. Deinde quod manus eius nimis essent graues. Ita. n. de eiusdem cōquestus est Iob, *Manū tuam longe fac à me.* Tertio

quod nimis esset in loquendo austerus & durus. Hinc Hebræi dixerunt Moyfi, *Ne loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur.* Postremo, quod tametsi placidum se demonstraret, super thronum tamē plenus maiestate & gloria consideret; unde Isaias: *Vidi Dominum super solium excelsum & eleuatum, & Seraphim stabant, & clamabant Sanctus:* At deinantiā de Deo conqueri mortales, omnia iam commutata sunt. Annuntiant siquidem hodie Angeli hominibus, *Inuenietis infantem pannis inuolutum & positum in præsepio.* Quali dicerent, Eia Pastores, nolite iam amplius de Deo vestro conqueri, inuenietis quippe eum non iam in cœlis tonitrua fabricantem, sed vt paruulū vagientem: manus etiam eius iam non amplius graues, aut plumbeæ sunt, sed pannis & lacinijs inuolutæ: non iam solio sublimi sedens conspicitur, sed in præsepi durissimo reclinatus: non iam circumstant eum Angeli, sed bruta animalia. Accedite igitur ad eum, hunc Deum affamini mortales, maiestatem eius nolite perhorrescere, aut manuum illius seueritatem metuere; has namq; mater & totum simul corpusculum pannis inuoluit, & reclinat in præsepio.

O panni, ô præsepe, ô tugurium penitus admirabile! videte obsecro Auditores, vt generosus ille & inuictus Samson in sinu virginis ligatus & vinctus ludat: nimius erga Dalilam, id est, humanum genus, amor his eum vinculis irretiuit. Quis vquam crediderit, inuictissime Samson, amore te ita fascinandū, vt fæmineis brachijs stringeris? itane amoris incendium in animo tuo exarsit? Dixit olim nescio quis, *Amare & sapere vix Deo conceditur;* ad eundem quoq; modum dicere possumus, amorem Dei erga humanum genus stultitiā & infaniam mundanis hominibus videri. Quod innuit

I. Cor. 1. Apostolus dicens, *Nos a. predicamus Christum crucifixum, Iudeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam.* Mundani nempe stultum esse aiunt, summi Dei filium nasci in stabulo, in præsepi vagire, inter bestias plorare, ac deinde in cruce summa cum ignominia emori. Sed quam perperam ac stultitiam dicatis! *nam quæ stulta sunt mundi, elegit Deus et confundat sapientes.* quod nempe vos stultum existimatis, paruulus hic velut sapientissimum & sublimissimum amplectitur.

Iob 38. Hodie quoque quæstio illa Iob soluta est, *Quin clusit, inquit, ostijs mare, quando erumpebat quasi de uia procedens? cum ponerem vestimentum eius & calceas illud quasi pannis infantie obuoluerem?* Mare hoc uerbum appellare possumus, mare, inquam, a quo omnia gratiarum ac charismatum flumina originem sumunt, & in quod iterum deuoluuntur. Hic ipsum in utero virginis veluti repagulis quoddam coactum fuit ac retentum, & in eodem carnem nostram induit: sed nocte hac egressum de utero rumpens, perque omnes mundi sese regiones defundens, pannis infantie obuoluitur.

Gen. 2. Noli iam amplius o Adam Dei vocem veritatis sub arboribus delitescere, eo quod nudus sis; aduenit enim qui nuditatem tuam cooperturus est, panniculis quippe suis eam tegere iam cepit. Ecce alius primus ille Adam Paradiso terrestri exactus, mortuorum animalium pellibus sese vestiuit, quo se mortalē ostenderet: & ecce, ad hunc modum secundus Paradiso cælesti ultro egressus panniculis inuoluitur; quo demonstrat se moriturum, & sine dote inuoluentum. Quin etiā is ipse, qui modo panniculis hic iacet obuolutus, vestibus aliquando nudatus in crucem agetur: & ille qui Cherubim splendorem circumcingit, qui lilijs agros vestit, qui auium plumas

meas vestes cōcedit, qui operit cœlū nubibus, non nisi vilibus pannis inuolutus serpit in præsepio.

Quid? nasci in stabulo, in præsepio delitescere? quot hic teguntur mysteria, & quidē arcana? Homo namq; cum felicitatis suæ & splendoris ignorans, brutalem naturam induisset, immortalitate & beatitudine cœlesti, ad quam destinatus erat, excidisset, mortalis effectus est, & miserrimus: *Homo, inquit Psaltes, cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus* *Psal. 48.*

Atque ideo Redemptor hominis mundum ingressus, ad stabulum diuertit & bestiarum sodalities gaudere incipit. Vnde idem qui supra, *Homines & iumenta salua-* *Psal. 35.*
sti Domine, quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus.

Laudatur in Euangelio Samaritani pietas, qui *Luc. 19.*
 hominē à latronibus vulneratum & spoliatū equo impositum in stabulū duxit, rationemq; illius haberi præcepit. Hæc hodierna die parabola vere cōtigisse dicenda est, puer hic quem videmus Samaritanus est, & quidem benignissimus & in miseros mortales propensissimus: hunc, miserum humanum genus, à peccato & diabolis, animæ prædonibus, spoliatum gratijs, & miserrime sauciatum, in stabulum duxit, vt ab eodem salutem & sanitatem consequatur, vulneribus medelam, & gratiarum recuperationem inueniat. Ideo eum Mater reclinauit in præsepio, & exclamare compellor:

O stabulum regum, ô pannos diuinos, ô præsepium aureū, ac longe splendidius & augustius quā Romana Capitolia! Equorū curriliū p̄sepia quadraginta millia & duodecim millia equestrium erāt Salomoni: at nihil hæc omnia sunt, si cū Christi tugurio & stabulo conferantur. Extollit splendorem eius omnibusque regum palatijs antepone-



Serm. 4 in
vigilia na-
tiu. Dom.

Bernardus, dicens, *Abconde Maria noui fulgorem
lis, pone in præsepio, inuolue pannis infantem: nam
ipsi panni diuitiæ nostræ sunt, pretiosiores siquidem
Saluatoris omni purpura, & gloriosius hoc præsepio
ratis regum solijs, ditior paupertas cunctis opibus, cunctis
que thesauris seculi. O meditationem tanto vicio-
gnissimam. Aliam non minus piam & luculentam
habet de eodem stabulo Fulgentius Episcopus
fer, Archelaus Herodis filius natus est in palatio, Chris-
stus in diuersorio, Archelaus natus in lecto est positus,
Christus autem in præsepio est reclinatus, ille pretiosus
uolutus est sericis, iste vilissimis inuolutus est pannis,
tamen ille contemnitur, iste queritur, & inuentus
pliciter adoratur. Id est, maiori in pretio sunt stabu-
lum Christi, quam Archelai palatium, vilees
niæ quam vela byssina & aulae aulae; præsepium
illud mucidum, quam folia Principum; manus
deniq; æstimantur bos & asinus, quam tota Her-
dis cohors.*

Insignis
medita-
tio.

Egredere igitur anima mea, egredere superbi-
lis mundi palatijs, & stabuli huius limen supple-
in terram prostrata exosculare: descende cum pe-
storibus de vanitatū tuarum collibus, & ad præse-
pium hoc accede, hic paulisper morare, & res per-
tus admirabiles intelliges. Ille namque parvulus
qui in præsepio iacet recens natus, qui vix ore
aperit, qui panniculis inuolutus est, qui tam
nere vagit & plorat, in quantū homo, nouit quid
quid scire potest, sapientissimus est ac peritissimus
Platonem confunderet, Aristotelem argueret, de
scitiæ, Angelos doceret, de illo namq; scriptum est

Ioan. 1.

*Et vidi eius gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre
plenum gratiæ & veritatis. Verum in quantum De-
us, tametsi in præsepio iaceat, humeris vniver-
sam mundi machinam sustentat, totum orbem ma-*

mine suo flectit ac moderatur, cœlestes orbes impellit, ventorum habenas remittit & contrahit, deniq; omnia regit atq; administrat. O puer vere admirabilis! inspicere obsecro anima, intueri propius & accuratius, ille quem cernis digitulus cœlos cōdidit, illa lingula quæ nondum fari potest, legē quam omnes obseruent, necesse est, promulgauit, ocelli illi semipatuli limbum Patrum penetrant, atq; inspiciunt, quidquid rerum in orbe agatur. *Oculi eius super gentes respiciunt.* O prodigia, ô mirabilia, sed heus, secundum me orationis stadium ingressum aduerto, cursum igitur prosequar. Heb. 10.

Sane cum omnia quæ in admirabili Saluatoris nostri natiuitate contingunt prodigia perpendo, nullum esse diē censeo, qui cum hoc conferri queat, ille namq; omnium pulcherrimus, ille dies nouus ac penitus admirabilis. Quidquid enim hic perspicio, miracula & prodigia sunt, naturæ siquidem hic leges & iura violantur, & omnia mysteriis scatent. An non enim admirabile est, Dei filium hominis filium fieri? an non portenti simile, eum qui ante omnia sæcula fuit, in medio sæculorum nasci? cum, qui fœcunda Dei patris memoria egressus est, vterò prodire virginali? eum cuius magnitudinem cœlum non capiebat, stabulo contineri? eum qui posuit in sole tabernaculum suum, hodie in præsepio thronum figere? de eo denique, de quo ante occinebatur, *In principio erat verbum, iam cani, & Verbum caro factum est,* ô res penitus nouas & admirabiles!

Hodie scilicet omnia mutata sunt: ipsa nempe temporalis in æternitatē, seruitus in libertatem, mors in immortalitatē, humanitas in diuinitatē, peccatū in gratiam, contemptus in gloriam, paupertas in affluentiam, infirmitas in robur transijt.

O admirabilem metamorphosim! sed audiamus
& aliam longe magis admirandam. Hodie hinc
hinc Deus fit homo, immortalis mortalē se reddi
impatibilis ad patiēdum se disponit, qui infinitus
est, certis vult limitib. ac finibus circumscribi.
Hinc vero homo in Deum transformatur, creatur
in creatorem, temporis subditus spatio in æter-
num, seruus fit Dominus, & qui pauperrimus et
diuitijs amplissimis donatur. Hodie quin etiam
Angeli descendunt cœlo, nouæ in cœlo stellæ ob-
lucent, virgo parit, anima quædam creata
momento gratia reptetur, hodie deniq; Deus
filium nobis locutus est, vt bene obseruauit Apo-
stolus, *novissime autem locutus est in Filio.*

Heb. 1.

*Lib. 6. con-
tra gentes.
Sap. 22.
Psal. 72.*

Quid igitur mirum, totum hodie mundum
admirationem rapi? Vniuersus terrarum orbis
Augusti edicto describitur, pax per omnes mundi
angulos dominatur, atq; ideo, vt scribit Oro-
sianus, Iani templum ab Augusto occlusum est, vt nuntius
Psalmodographus veritatem dixisse comprobatur,
Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pax.
Idem Imp. vetat, ne quis Domini sibi nomen arro-
get: Tres Magi stellæ ductu ab extremis orbis
in Bethleem proficiscuntur, Herodes Ierosolymam
tremitt, Doctores legis & Scribæ Prophetarum
racula consulunt. Novus adhæc in oriente Pla-
tes exoritur, pastores Angelicam symphoniam ac-
diunt, bos & asinus infantem proni adorant, Ve-
næ Engaldi flores emittunt, idola ad terram ob-
ijciuntur, sol in tres scindi partes visus, fons Romæ
oleum scaturit, & in Tiberim sese exonerat, ob-
tem prodigijs & portentis plenum!

Diem inquam, qua quidquid olim de Virgine
gloriosa iam ab ipso mundi exordio prædictū est
completum cernimus. Primus humani generis
parent

parens Adam è terra virgine formatus est; secun- *Gen. 2.*
 dus è Matre virgine nascitur: Primum Isaac sterilis *Gen. 20.*
 vetula genuit, secundum tenera virguncula: hodie *Exod. 3.*
 rubus ardet, & non cõburitur: hodie vell⁹ Gedeo- *Iudic. 6.*
 nis circumcirca irroratur, & tamen non madescit.
 Hodie Maria porta fuit, de qua in Canticis. O igi-
 tur dies felicissima, dies quæ hominibus lætitiã
 attulit, quod Redemptorem inuenerint, Angelis,
 quod Dominum nacti sint, Patribus limbo deten-
 tis, quod Messiam aduenisse iam sciant. Quod-
 nam enim illos sensisse gaudium putatis, cum de-
 sideratum illum cunctis gentibus natum audiue-
 re, de illis scripsisse censeo Psalmographum, dum
 canit, *Vox exaltationis & letitiæ in tabernaculis iu-* *Psal. 100.*
storum. Quosdam eorum audire dicentes videor,
 vt in primis Adamum, Ecce hic arbor vitæ. Ecce
 hic arca, inquit, Noë, quæ nos omnes diluuiò e-
 ripiet. Ecce dicit Abraham, seminis mei benedi-
 ctio. Ecce, addit Iacob, scala cuius vnum cacu-
 men vidi cœlum, alterum terram ferire. Ecce hic,
 exclamat Moses, rubus meus ardens. Ecce hic, ait
 Isaias, flos de radice Iesse. Ecce hic, subnectit post
 omnes Daniel, lapis de monte auulsus. His aut si-
 milibus inter se verbis illos vsos meditari possu-
 mus, sibiq; mutuo de Saluatoris aduentu gratula-
 tos. Hæc scilicet apud limbi incolas exultatio &
 iubilus.

An non & tu iubilare potes ô homo, & iò pæ-
 an concinere, cum videas hodie naturam tuam ad
 tantam dignitatem euectam? In posterum enim
 Angeli huic sese submittent, hominibus cultum
 & venerationem exhibebunt, cum ipsis prius ho-
 mines honorem exhibuerint. Tantum enim abest,
 vt Angeli ante hunc diem ad pastores accederent,
 vt ab ipsis ducibus, regibus, & Prophetis ado-
 rari

Gen. 18.

rari se permiserint. Vnde Abraham, tres vidit, & vnum adoravit. Verum cum post Domini natiuitatem Ioannes vnum eorum adorare voluisset, ambiguit ille, & ait, *caue ne feceris, conseruus tuus sum.* Hic

Apoc. 19.

Serm. 17.

Lucifer, teste Bernardo, inuidiæ suæ & æmulationis sumpsit exordium, & aduersus diuinitatem coniurationem iniit: cum enim reuelatione discisset. Deum aliquando in humana forma cum hominibus conuersaturum, videretq; sibi eandem sub Deo latitantem adorandam esse iam (quam gem tulerat Pater æternus. *Et adorent eum omnes Angeli eius* similiter) secum statuit, cælo cœlestique beatitudine carere potius, quam Deum incarnatum adorare, hominumq; ideo scœlicitati, ac fieri inuidere cœpit.

in Cantic.

Celebrem igitur hodie cum gaudio Natalis Domini, quia dies hic in causa est, vt iam de illo, quo canebatur, *lumen de lumine*, canatur, & *homo estus est*; Inualefcet in posterum in omnibus academijs verax illa propositio, *Deus est homo*, & conuerso illa, *Homo est Deus*. In posterum siquidem Athenis Deus ille ignotus annuntiabitur, Romæ verû esse cõprobabitur, q; fieri nemo posse eximabat, Virginem peperisse Hierosoly. sermo enim venisse Mesiã, & per vniuersum terrarum orbem spargetur admirabilis illa filij Dei incarnatio & Christi natiuitas. Dixi Romæ mentionem scilicet Virginis quæ peperisset, quia Innocentius III. scriptis prodidit Apollinem in templi pacis, quod Romani exstruxerunt, dedicatione, sciscitantibus quando templum hoc interiturum esset, respondit, quando Virgo sine virginitatis violatione peperit: q; cum Romani fieri non posse crederent, illud æternum fore augurabantur, sed hodiernus Virginis partus ipsum ad solum prostravit & euerit. Hic

Hæc igitur curiosis prodigiorum huius diei indagatorib. dicta sufficiant ; satis sit hodie Verbum carnem factū esse , hodie temporalem filij Dei natiuitatem esse , quæ q̄ proxime ad illam æternam accedit. In hac enim Pater seipsum inspiciens , sui ipsius conceptum generat , qui cum accidens esse nequeat (nulla enim accidentia in Deo) manet substantia , cumq̄ alia substantia quam sui ipsius esse non possit (Deus enim simplex est , non compositus) Deus est non secus ac Pater. In illa vero cum vna natura iam indiuiduata sit, seq̄ supponere cupiat , diuina eam hypostasis sustentat, & eam in se terminans, & subsistere faciens, efficit, vt quoniam vna eademq̄ persona duabus naturis est insignita, & homo fiat Deus, & Deus homo: Hic scilicet omnium mirabilium abyssus est.

Præterea in hac æterna Dei Verbi generatione & natiuitate manifestum est, diuinā essentiam ad intra tribus personis communicari, tresq̄ personas in vna eademq̄ essentia cōmunes esse: verum in illa temporali vnam personam duab. se naturis ad extra communicare, duasq̄ naturas vni personæ communes reddi: illic Verbū consideratur increatū, at hic incarnatum; illic pure Deus & solus Deus, hic Deus simul & homo. Ab æterno non nisi vnus est Deus, & tres personæ, in tempore vnus est Iesus Christus, & duæ naturæ. In magno illo æternitatis die, Pater & filius, ac Spiritus S. non nisi vnum creatorem constituunt, ac celebri & admirabili Natalis Domini die Deus & homo vnū constituunt Redemptorem: in priori omnia naturæ iura violata sunt, tria non nisi vnam efficiunt essentiam, tres qui sunt Deus; tres tamen Deos non statuunt, vna quoque eademq̄ natura in tribus personis subsistit, aliaq̄ accidere admirabilia: In
 poste-

posteriori omnia mundi huius iura euertuntur, duab. sc. substantijs in vna hypostasi cōsistentibus vnâ vero naturâ sine propria substantia subsistente, duobus Esse perfectis, non nisi vnam eandem personam constituentibus; alijsque prodigijs miraculisq; accedentibus, quæ quatuor hisce verbis continentur. *Et verbum caro factum est.* O naturæ prodigijs & mirabilibus scatenent! equidem in vitæ meæ tempore nihil tantopere prædicabam demirabor.

Vestras quoq; hic partes agite Christiani, in aduentu Messix cantate, cum Angelis concinite, horum vos cantui adaptate; iubilate Deo in nativitate Dei, verbi incarnati mirabilia per omnia divulgare, merita passionis nati promulgate, eius gloriâ decantate, cum pastoribus eum inuisite, & in stabulo hoc iacentem eum adore. Hic discite humilitatem, paupertatem, ac mundi cōtemptrum, sublimem hanc philosophiam, etiam si mutus sit, edocebit, stabulum ipsum schola est, præsepium suggestus, lacrymæ gestus, ipse vagitus eloquentia. Diligite præclaram hanc ab hoc Doctore lectionem, & uti varij præceptorum suorum mores & naturam imitati sunt, vt Aristotelis gibbum Peripateticus Cyri nasum Aquilinum Persæ, ita vos humilitatem, ac cæteras Iesu Christi virtutes, quas hic in stabulo demonstrat, æmulamini.

Curtius li. 5 Alexander Macedo Persidem subiugaturus, magnam niuium vim in itinere offendit, adeo vinctum agmen retrogredi fuerit coactum; sed cum omnes itineris difficultate percussos & deterritos videret, equo descendens, primus se in niues coniecit, viam parauit, obstacula remouit; & ecce omnes mox regia constantia animati, eiusque gloriam æmulantes, subsecuti sunt, ac difficultatibus

sefe exposuere. Respicite, o Christiani milites, ducem vestrum, regem vestrum niues calcantem, respicite, vt acerrimum frigus patiatur, mundi vanitates conculcet, humilitatem ac paupertatem complectatur. Quis obsecro eum non sequatur? quis hic honore non ducetur? id est, Quis non erubescet, superbiam confectari, & insolescere, cum regem tantum adeo humiliatum cernat? quis mundum ad exemplum Principis sui non contemnat?

Puer Ionathæ filij Saul dominum per saxa & loca confragosa serpentem, quo Philistæos inuaderet, magna cum fiducia & constantia sequebatur, armiger quoque Saulis cum dominum gladio incumbentem vidisset, eadem temeritate ductus incubuit, & suo, suiq; tortor & carnifex exstitit. Et ecce dominus noster, Princeps noster, ac Rex noster Iesus Christus nos deducit non per montes & rupes, sed ad solam humilitatem, non ad mortem, verum ad vitam, vanitatem, superbiam, diuitias profligare gestiens; quis vero adeo vecors & iners erit, qui eum sequi detrectet? ipse quum paupertatem amet, quis diuitias ambiat; ipse cum humilitate gaudeat, quis honores mundi desideret? vestrum igitur Ducem sequamini generosi milites, ac toto vitæ tempore natalitium Domini ac genethiacum concinite.

Aequum est, o desideratissime & exoptatissime Messia, o vnica spes ac desiderium nostrum, æternum vt cantemus, cum ipse sis, qui toti mundo salutem attulisti, cum ipse sis, qui humanitatis nostræ arcam ingressus, ab æternæ nos damnationis naufragio eripuisti; cum tu sis, qui cum ante & post diluuium, id est, peccatum vixeris, Ecclesiæ tuæ vineam plantasti, eiusq; vino, id est, amore inebriatus, mortis

1. Reg. 14.

1. Reg. 31.

mortis somno in crucis arbore, & hodie patienti
 sopore in stabulo oppressus iacuisti, ac nuditatem
 tuam, paupertatem, omniumque rerum contemp-
 tum ostendisti, atque ideo à scelerati Cham propi-
 nie, id est, infidelibus, perfidis Christianis, atque de
 eo vniuerso mundo delusus fuisti. O Christe, qui
 Verbum increatum, & mundo Verbum incarna-
 tum; Verbum quod sit caro, vt nos Spiritum crea-
 ciat & Angelos; Verbum quod humanitatem induit,
 nobis vt diuinitatem conferret; quod se-
 miliat, quo nos exaltet; quod sit homo, quo nos
 efficiat Deos; quod cœlo descendit, quo nos cœlo
 ascendamus, quod in stabulo iacet, nos vt cœlo
 ferat; quod in præsepio reclinatum est, nos vt
 regio throno collocet; quod inter animalia con-
 spicitur, quo Angelorum consortio gaudeamus.
 Messia, Christe, ac Domine vere admirabilis, ac
 gne, qui in perpetuum celebreris, gratiam oblatam
 nobis concede, vt humilitatem tuam agnoscamus,
 paupertatem imitari, vitæ tuæ seriem sequi valeamus,
 vt laudes tuæ nostra sint in posterum carnis
 na, tua mirabilia, quæ edis opera, nostra admira-
 tio, tuæ virtutes nostra imitatio, tuæque agendæ
 viuendi ratio nostra disciplina, ac toties Messiam
 & Natalitia Domini in hoc mundo in stabulo
 decantemus, vt eadem in cœlo quoque; vbi regnas
 in gloria, aliquando canere valeamus, ad quos
 nos perducant Pater, & Filius, & Spiritus
 Sanctus, Amen.

* *

*